

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, Th. D.  
P.P. & Superint. Ad Exequias Quas Puero ... Stephano Ridemanno, Filiolo  
desideratissimo Parentes Moestissimi Hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium  
Ordinum Cives Academicos peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775775223>

Druck    Freier  Zugang



Mavritivs, C.

in

S. R i d e m a n n .

Rostock, 1657.

51



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn775775223/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775775223/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn775775223/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775775223/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn775775223/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775775223/phys_0004)

**DFG**

125

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**CASPARVS MAVRITIVS,**  
Th. D. P.P. & Superint.

*Ad Exequias*

*Quas*

Puero eximiae indolis & excellentis sp̄c̄

**S T E P H A N O**  
**R I D E M A N N O,**

Filio desideratissimo

**P A R E N T E S M Q E S T I S S I M I**

*Hodie in templo Mariano ad horam l. paratas  
cupiunt,*

Omnis omnium Ordinum Cives  
Academicos peramanter invitac.



• (O) •

**ROSTOCHII,**

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad.  
Typogr. Anno M DCLVII.



Vanta malorum illas in hanc vitā  
incumbat, si quis est, qui ignorat,  
experiētiā consulat, historias  
adeat tam sacras, quam profa-  
nas. Nemo, inquit Seneca,  
vitam eligeret, si scienti da-  
retur. Quis enim tot arumnae,  
pericula, persecutio[n]es, vexatio-  
nes, afflictio[n]es, tristitia[n]es, labores,  
quis, inquam, hac omnia eligeret,  
quis non accipere vitam tot refertam malis formidaret? At  
benē est. Mors omnia solvit. Servator occurrens vidua  
filium lugenti misericordia motus est erga eam. Cur erga  
matrem & non erga filium? quia mater misera, quippe u-  
nico orbata filio: filius jam non amplius miser, quippe de-  
functus & omnibus miserie vinculis exsolutus. Cur ergo  
redonatā vitā denuo jubetur esse miser? Quiescat ratio, judi-  
cium sileat. Non injurius in Paulum erat DEUS, quando in  
tertium eum cœlum rapiebat: Sive extra corpus sine in cor-  
pore fuerit, ipse Paulus definire non potest. At audivit ibi  
ineffabilia, & postmodum regredi jussus est ad miseras vita  
presentis. Beneficium hic prædicandum est, non accusanda  
sapientia divina. Vita futura dulcedo presentis vita mole-  
stia omnes extinguebat. Sed nulla esset futura vita, nisi  
morti

Tabore anno M DCLXII

morti nostra se opposuisset & impendisset CHRISTUS. Mors  
omnia solvit, omnes tollit curas, labores, erumnas. Verum est.  
At non tolleret, nisi ea sustulisset CHRISTUS sua morte.  
Mors existimabat se absorpturam Christum, sed ea à CHRISTO  
absorpta. Balena Jonam deglutiens sp̄e sua excidit: Jussa  
quippe reddere, quem absorps̄erat, eumq; vivum & valentem.  
Si apis adversum petram aculeum expromat, frustra laborat,  
nec petra sed sibi affert damnum, omnemq; nocendi vim amittit.  
Petrica CHRISTUS est, cui mors dum aculeum insixit, semet  
lasit ipsa & aculeum amisit. Notanter Hos & mors CHRISTI  
mors sive (ut Ebraea veritas habet) pestis mortis nostra dicitur.  
Pestiferum venenum hominem è medio tollit, utut aliquamdiu ægrum spiritum trahat, tandem tamen morti dedit.  
Mors CHRISTI lethale mortis venenum exstitit. Licet enim  
saviat in genus humanum & tumultuetur mors, brevi tamen  
futurum est, ut exclamare triumphans Ecclesia possit: Ab-  
sorpta mors in victoriam. Pestis non unum hominem sed  
multos necat: Mors CHRISTI non unum, sed omnes omnino  
homines à morte liberavit, nostramq; ut ita dicam, mortem  
vivificavit. Atq; hæc meditatio, quam presentia suggestur tem-  
pora mortis terrorem excutiat, & velut larvam morti detra-  
bat oportet. Longe enim aliud in fronte ostentat, aliud in reces-  
su mors occulat. In fronte & exterius mors omnia fœda, tri-  
stia, abominabilia, horrida minatur. At in recessu mors piorum  
vita est. Miramur Senecam dicentem: Hæc quæ vides  
ossa circumvoluta neruis, & obductam cutem, & vul-  
tum & ministras manus, & cætera, quibus involuti su-  
mus, animarum vincula, & tenebrae sunt. Obruitur  
his animus, effugatur, inficitur, arctetur, aversus à suis,  
in falsa conjectus, omne illi cum hac carne grave cer-  
tamen, ne abstrahatur, & sidat, nuntiatur illo, unde de-

A 2

missus:

missas: ibi illum æterna requies manet, pro confusis  
crassisq; pura & liquida visentem. Proinde non est,  
quod ad sepulcrum filii tui curras, molestissima ipsi  
istic jacent ossa & cineres, non magis illius, quam vestes  
& alia corporum tegumenta. Integer ille & nihil re-  
linquens terris fugit & totus excessit, & paulum supra  
nos commoratus, dum expurgat inhærentia vitia, & si-  
tum omnem mortalis ævi excutit, deinde ad excelsa  
sublatus, inter felices animas currit. *Et alibi:* Morier-  
is. Hac conditione intravi, ut exirem. Morieris:  
gentium jus est, quod acceperis, reddere mutuatum.  
Morieris: peregrinatio est vita: cum multum deambula-  
veris, redeundum est. Morieris: existimabam te aliquid  
dicere novi, ad hoc veni, hoc ago, hoc me singuli dies ad-  
ducunt. Quid habeo, quod indigner? Stultum est, ti-  
mere, quod vitare non possis, istud non effugit, qui di-  
stulit. Morieris: nec primus ego, nec ultimus: ante-  
cesserunt me multi, sequemur omnes. Morieris: hic  
est humanæ vitæ finis, quo transit orbis, & ego transibo.  
Morieris: quid grave est, quod semel? Morieris: æs  
alienum, non meum, vitam meam esse novi: hoc equi-  
dem cum eo creditore contraxi, de quo I queri non pos-  
sum. *Juvenis (inquieris) morieris:* fortasse alicui ma-  
lo subducar; quod si nulli alii, certè vel senectuti: Ju-  
venis morieris: non refert, quot annos habeam, sed  
quot acceperim. Si plus vivere non possum, hæc est  
senectus mea. Maximum solatium est cogitare id si-  
bi accidisse, quod ante se passi sunt, omnesq; passuri,  
& ideo mihi videtur rerum natura, quod gravissimum  
fecit, commune fecisse, ut acerbitate fati consolaretur  
æqualitas. *Miramur hoc Seneci effatum sed magis exoscu-  
lamur*

lamentur ista Crysoftomi matrem consolantis : Cogita, quod  
DEI Filius mortuus est, & ille quidem pro te tu vero  
propter te ipsum, & ille quidem amarissimam sustinuit  
mortem, nec enim simpliciter mortem passus est, sed  
turpissimam, & ante mortem flagella, opprobria & con-  
vicia & irrisiones, te docens, ut omnia generosè feras.  
Verum tamen postquam mortuus est, & corpus depo-  
suit, rursum ipsum majori cum gloria resumit, & hinc  
bonam tibi spem prætendens. Ne consideres illud,  
quod non amplius domum revertetur, sed quod paulo  
post & tu ipse ad illum reverteris, noli hoc cogitare,  
quod ille huc ulteriò non regrediatur, sed quod nec ista,  
quæ cernuntur, permanebunt. Adhæc illud cogita,  
quod non immortalem genuisti, & nisi mortuus fuisset,  
hoc paulo post sustinuissest. Sed ex eo, inquires, non  
eram saturatus, verum illic omnino frueris : quod si  
hic etiam illum cernere concupiscis, quid est impedi-  
mentum ? Futurorum spes est visu manifestior. Tu  
vero, si fuisset in regalibus aulis nunquam eum cernere  
quæsisse, audiens eum se præclarè gerentem : ad mul-  
tum vero meliora peregrinatum videns, modico tem-  
pore frangeris, ut hæc eum pro illo cohabitantem ha-  
beas. Noli ergo lugere, unde coronaris, unde reci-  
pies mercedem : depositum enim reddes, si quod tibi  
creditum est, exhibueris. Ne jam tristis sis, cum in  
thesauro tuto possessionem reposueris. Si vero con-  
sideres, qualis sit præsens vita, qualis vero futura, &  
quod præsens aranea sit & umbra : omnia vero futura  
sunt immota & immortalia , nec aliis jam opus habue-  
ris sermonibus. Nunc quidem infans ab omni libera-  
tus est mutatione ; si vero moratus hic fuisset, fortasse

bonus, fortasse malus. Sapienter igitur age, sic enim  
& defuncto rem gratam ages, & ab omnibus multas  
assequeris laudes, & à D E O magna recipies præmia  
patientiæ, & æternis potieris commodis. Hæc cogita-  
bitis, mæstissimi Parentes, & recordatione tantorum bone-  
rum, in quorum possessionem immisus est Filius vester S T E.  
PHANUS RIDEMAN, dolorem quem conceperis, minuetis.  
Lugetis Filium vestrum denatum XXVII, Febr. hujus anni:  
idg; non immerito. Jam tum quippe in illa ætate tenera emi-  
cabant note bone indolis, conspicua erat pietas, illustris ma-  
destia & commendabilis observantia erga Parentes & Pre-  
ceptores. Harum rerum memoria merito lacrimas elicit.  
Neq; enim ista placent Bernhardi: Feci vim omnino &  
dissimulavi usq; huc, ne affectus quidam vincere vide-  
retur. Plorantibus aliis ego siccis oculis secutus sum  
invisum funus: siccis oculis steti ad tumulum quo usq;  
cuncta peracta sunt exequiarum solennia. Indutus Sa-  
cerdotibus solitas in mortuum (frater erat carissimus)  
proprio ore complevi; terram meis manibus ex more  
jeci super dilecti corpus terram mox futurum. Qui  
me intuebantur, flebant, & mirabantur, quod non fle-  
rem ipse, cum non illum quidem, sed me potius, qui  
illum amissem, omnes miserarentur. Non, inquam,  
ista ænâmera Stoicam spirantia placent: placet magis illud  
Cyrilli usurpatum erga charissimos nostros vita functos:  
Mortuis (caris capitibus) extoto nec compatine nec mœ-  
rere ferinum est & durum: horum vero exuberantia  
muliebre. Jobus certè vivum patientiæ divina exemplar,  
audita filiorum morte, scidit vestimenta sua & tonsò capite  
corruens in terram adoravit. Dum vestimenta scindit,  
hominem se demonstrat & patrem: dum vero tonsò capite in  
terram

terram corruit, divine voluntatis legem veneratur, & DEI  
se servum ostendit ad excipienda Domini iussa paratum  
atq; obsequentem. Hoc exemplum intuemini Parentes dile-  
ctissimi, & divina subjecti voluntati dicite: Dominus de-  
dit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.  
Benedictus sit DEUS, qui Filium vestrum paterno amore  
complexus, hujus seculi vanitatibus, corruptelis & curis exe-  
mit, atq; in caelestem eamq; nullis terminandam seculis glo-  
riam subvexit. Natus est pie defunctus die XII. Decemb.  
Anno M. DC. XLIX. hora prima matutina, & mox sacro  
baptismate CHRISTO Vita arbori est implantatus. Pa-  
trem habuit Virum plurimum Reverendum atq; Excellentissi-  
mum DN. NICOLAUM RIDEMANNUM SS. Theol.  
Lic. & ad eadem Marianam Ecclesiast. meritissimum, Dn. Col-  
legam & Compatrem conjunctissimum: matrem BAR-  
BARAM QVISTORPIAM, foeminam virtutum clari-  
tate spectabilem. Avus ejus Paternus fuit HENRICUS  
RIDEMANN: Civis & negotiator Chilonii in Holusatia quon-  
dam primarius: Avia Paterna est ANNA Dreyers/Matrona  
laudatissima, qua adhuc superat & vitali vescitur aura. A-  
vum maternum habuit Virum admodum Reverendum, Am-  
pliss. atq; Excellentiss. DN. JOHANNEM QVISTOR-  
PIUM, SS. Tb. Doct. ejusdemq; Facultatis quondam Seniorem  
celeberrimum, & Ecclesiae Rostochiensis Superintendentem  
meritissimum: Aviam maternam BARBARAM DO-  
MANIS, Matronam itidem laudatissimam, Filiam  
STEPHANI DOMANNI JC. & Advocati apud Osna-  
brugenses quondam celeberrimi: magni illius DOMAN-  
NI Civitatum Anseaticarum Syndici incliti, Fratris.  
Morbum, qui vita finem pie defuncto attulit, Vir Experientissi-  
mus

*mus & Excellentissimus Dn. JOHANNES BACMEISTER US  
Med. D. & Prof. celeberrimus, bujus Urbis Physicus meritis-  
simus, Dn. Collega & Amicus noster honor atissimus, describit  
bis verbis: Quamvis Morbus, quo filius charissimus  
Excellentiss. ac Reverendi Viri Dn. Licent. NICO-  
LAI RIDEMANNI nihilaliud fuerit quam Morbil-  
li, qui per DEI gratiam saepissime felici cum successu  
curantur: Tamen per continuam Diarrhem corpus  
adeo fuit debilitatum, ut nullo modo adhibitis etiam  
optimis & convenientissimis Medicamentis Mate-  
ria maligna à Corde propelli ad exteriora potuerit.  
Ceterum cum hodie hora prima corpusculum terra reddend-  
um sit usitatis ritibus, à Vobis Omnim Ordinum Cives  
Academici, studiosè Contendimus, ut in Solarium mæstissi-  
morum Parentum & in memoriam celeberrimarum Fami-  
liarum frequenti presentia exequias honestare haud  
gravemini, memores illius Seneca: Egre-  
gia res est mortem con-  
discere,*

**P.P. sub sigillo Rectoratus**

V. Martii Ann. M. DC. LVII.

**Conventus crit in æde Marianæ  
hora prima.**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn775775223/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775775223/phys_0013)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn775775223/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775775223/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn775775223/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775775223/phys_0015)

**DFG**



lamur ista Cryſtomi matrem consolantis : DEI Filius mortuus est, & ille quidem propter te ipsum, & ille quidem amarissimam mortem, nec enim simpliciter mortem purissimam, & ante mortem flagella, opribria & irrisiones, te docens, ut omnia gereret. Verum tamen postquam mortuus est, & fuit, rursum ipsum majori cum gloria resuonabonam tibi spem prætendens. Ne con-  
quod non amplius domum revertetur, sed post & tu ipse ad illum reverteris, noli ha-  
quod ille huc ulteriō non regrediatur, sed c-  
quæ cernuntur, permanebunt. Adhæc i-  
quod non immortalem genuisti, & nisi mo-  
hoc paulo post sustinuisse. Sed ex eo,  
eram saturatus, verum illuc omnino frue-  
hic etiam illum cernere concupiscis, qui-  
menti ? Futurorum spes est visu mani-  
vero, si fuisset in regalibus aulis nunquam  
quæsisses, audiens eum se præclare geren-  
tum vero meliora peregrinatum videns,  
pore frangeris, ut hæc eum pro illo coha-  
beas. Noli ergo lugere, unde coronari  
pies mercedem: depositum enim reddes  
creditum est, exhibueris. Ne jam tristis  
thesauro tuto possessionem reposueris.  
sideres, qualis fit præsens vita, qualis v-  
quod præsens aranea sit & umbra: omni-  
sunt immota & immortalia, nec aliis jam  
ris sermonibus. Nunc quidem infans ab-  
tus est mutatione: si vero moratus hic fu-

A 3

